Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Sacerdos æternos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

Conſideratio XXIX.

CHRISTUS AGNU[S] VVLNERATVS.

Sacrificium verax.

1. VErum & proprium ſacrificium, quo D[eo] ... tur, eſt ſacrificium vulnerum, & ſacrifi[cia] diuerſorum animalium ex eo ſolùm Deo g[rata] quia ſignificabant & repræſentabant hoc ſac[rificium]. Ita Chriſtus ipſe dixit Patri ſuo, per os Prophetæ: [Sacri-]

Pſal. 49. ex Hebr.

ficium & oblationem noluiſti: Corpus autem [perfecisti] mihi. Reſpuiſti ſacrificia animalium, & ... meum Corpus vulneribus perforatum.

2. Hoc ſacrificium eſt ſimul holocauſtum, ... cifica, & ſacrificium pro peccato: quia illo ... Deum, Deo pro beneficiis gratias agimus, ... catis ſatisfacimus: Cæteris holocauſtis comp... huius *non delectatur. Quid retribuam Domin[o pro omni-]bus beneficiis eius? Vulnera Saluatoris. Q[uid retri-]buam Domino pro omnibus peccatis meis? Vulner[a Rede-]ptoris.*

3. Præceperat Deus in lege veteri, vt ... cium offerretur Agnus occiſus & comb[uſtus] ... Agnus eſt Chriſtus, vulneribus mortem ſuam ... tans, & totus ardens igne Charitatis, Et eſt ... perpetuum, quia per totam æternitatem ſta[bit] ... trem dando ei honorem & gloriam *in odorem [ſuauita-]tis.*

Conſideratio XXX.

CHRISTUS VUL[NE-]RATVS.

Pſalm. 109

Sacerdos æternus.

1. TRibus modis conſiderari poteſt Sac[erdotium] Chriſti: in Cruce, in Cœnâ, in Cœlo. ... obtulit ſacrificium cruentum, quod cum mort[e] ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tranſibit. In Cœna perfecit & fuit ſacrificium incru- *3.p.q.22.*
entum, & durabit ad Mundi finem vſque, atque cum
Seculi tranſitu tranſibit. In Cœlo eſt ſacrificium con-
ſummatum, quantùm ad effectum Gloriæ, & durabit in
æternum.

2. Conſidera, quod Chriſtus ſedens ad dexteram Patris *ſempiternum habet ſacerdotium, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.* Duobus autem modis intercedit pro nobis. Primò *repræſentando Patri naturam humanam, cicatricibus ſignatam, & ita ſua merita allegantem; & ſanctiſſimæ animæ ſuæ deſiderium exprimentem.* Exercet officium veri Sacerdotis, Mediator inter Deum & populum, duobus modis: primò repræſentando ſanctiſſima vulnera; ſecundò, orando Patrem pro nobis, vti quondam in terris orabat; cum hac tamen differentia, quod oratio Chriſti in terris & impetrabat, & merebatur; in cœlis impetrat, non meretur: impetrat autem in virtute meritorum in terris acquiſitorum.

Heb. 7.
Ioan 12.
S. Thomas.

Neque ſolùm *orat* Chriſtus D.N. *pro nobis*; ſed etiam vt docet S. Auguſtinus, *orat in nobis, & oratur à nobis. Orat pro nobis, vt Sacerdos: Orat in nobis, vt Caput noſtrum: & oratur à nobis, vt Deus. Oremus ad illum, per illum, in illo.* Oremus & rogemus illum, vt creaturæ eius: per illum, vt eius oues: in illo, ut eius membra.

3. Omnis noſtra fiducia collocetur in oratione noſtri Sacerdotis & Aduocati. *Ipſe ſit vox noſtra, per quam loquamur ad Patrem.* Offeramus orationes Chriſti, proponamus Deo Chriſti vulnera. *Ipſe ſemper agit cauſam noſtram apud Patrem, & eius poſtulatio contemni non poteſt, qui in dextera Dei ſedet, Exauditur pro ſua reuerentia,* quæ eius Perſonæ debetur: *& pro iuſtitia,* quæ debetur eius vulneribus: *& pro præmio & mercede,* quæ eis debetur obedientiæ.

S. Ambroſ. lib. de ſpir. & Anima c.8
Rom. 8.

Finis ſecundi libri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN